Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

mater. et mater filiorum
zebedei. Cum sero autem
factum esset venit qui-
dam homo dives ab
arimathia nomine io-
seph qui et ipse discipulus
erat ihesu. Hic accessit ad
pylatum et petiit corpus
ihesu. Tunc pylatus ius-
sit reddi corpus. Et accepto
corpore ioseph involvit
illud in syndone mun-
da et posuit illud in mo-
numento suo novo quod
exciderat in petra. Et ad-
volvit saxum magnum
ad ostium monumenti
et abiit. Erat autem ibi
maria magdalena et al-
tera maria sedentes con-
tra sepulchrum. ewm.
Altera autem die que est
post parasceven convenerunt
principes sacerdotum et
pharisei ad pylatum di-
centes. Domine recordati
sumus quia seductor
ille dixit cum adhuc vi-
veret. Post tres dies re-
surgam. Iube ergo custo-
diri sepulchrum usque in
diem tercium. ne forte ve-
niant discipuli eius et
furentur eum et dicant p-
lebi surrexit a mortuis.
Et erit novissimus er-
ror peior priore. Ait illis
pylatus. Habetis custo-

46